

NICOLAI DU BOIS 8  
**D U P L I C A**

De usu scientiæ ex Confessione  
acquisitæ penitus cavendo.

C O N T R A

Secundam Thesim D. vanden Vliet, pro-  
positam in Seminario Mechlinienſi Die  
6. Junij 1682. multo pluribus, saginatam  
erroribus, quam fuerit præcedens.

C U M

Appendice ad alias Theses eiusdem Seminarij.

C O L O N I E

---

•pud WILHELMUM FRIESEM.

Anno 1682.



# AD LECTOREM

## Præmonitio necessaria.

Cum intelligerem sub prælo sudare  
scriptum quoddam sub nomine du-  
plice Viri Doctissimi Nic. DU BOIS  
iamque impressionem esse perductam ad  
calcem, excepto Titulo, & epistola ad  
quemdam D. vanden Vliet, volui  
percurrere, & ab ipso Typographo ma-  
dida adhuc folia impetravi. Legi cum  
gudio, sed deprehendi deesse indicem  
necessarium. Etenim duplice Author ju-  
dicavit expedire, ut primo quædam præ-  
mitteret, deinde per ordinem respon-  
deret ad singulas Thespis particulas. Ideo  
factum est quo dilla, quæ eandem mate-  
riam concernunt, non potuerint simul  
jungi. Istorum aliqua ad humaniores lit-  
teras pertinent, alia ad Logicam, &  
Theologicam praxim, alia ad Iuris pru-  
dentiam

Univ. BIBL.  
MANCHEN

dentiam; alia denique eaque plura ad praesentem controversiam seu usum scientiae acquisitae. Ut igitur Lectori consulerem indiculum feci, materiarum, quarum quisque unam vel plures, prout affectus fuerit, poterit percurrere, hic ergo est

## I N D E X.

Status cause seu controversie pag. 1. usque ad 11.  
Ratio hujus duplice pag. 11.

Errores D. vanden Vliet in humanioribus scientiis pag. 12. 13. 14. 15.

Eiusdem errorum in Dialectica, pag. 15. & 16.

Mentalis restrictio pag. 16. 17.

Scientiae ex confessione acquisitae usus cum gravamine penitentis quidam sic permisus pag. 17. in fine pag. 18. 19. 20. 21. 23  
in fine & 24. in principio pag. 40.

Contrarius doctrinæ D. Thomæ, pag. 26.  
50. D. Bonaventuræ, pag. 51.

Contrarius communis sententiae Doctorum etiam si fiat apud solum penitentem, nisi fiat in ipso confessiōnis tribunali vel de penitentiis consensu, pag. 18. 19. 49.

Contrarius doctrinæ S. Caroli pag. 18. in fine instructionibus ordinariorum Belgij pag. 21

in fine.

Contrarius sensui Ecclesiaz & caput. errorem Heretici Wiclef pag. 19.

Continet revelationem pag. 23. 26. 28. 29.

Contrarius constitutioni Concilii Lateranensis pag. 24. & Clementis VIII. pag. 27. ipsi

Scoto quem pro te allegat D. vanden Vliet,  
pag. 28. & sibi contradicit pag. 29. prope finem, & pag. 30. in principio.

Alij errores eiusdem seminarij, pag. 53. usque ad finem.

Responsio ad singulas Thesis novissimæ particulæ. & eius errores alijs plures deteguntur, pag. 30. usque ad p. 53.

Horrenda doctrina cuiusdam novi Magistri de usu scientiae ex confessione acquisitæ, pag. 20. & 21.

De vi & effectu particulæ acceptivæ nisi in canonibus, & legibus, etiam tunc quando sequitur orationem copulativam negativam pag. 41. 42. 43. 44. 45.

Ista particula in Thesi D. vanden Vliet necessario excipit. etiam A R E V E L A T I O N E. ibidem & pag. 1. 2. 3. 4.

Refellitur responsio in secunda Thesi data ad excusandum pertinens primæ, pag. 22. usq.  
ad pag. 30.

AD D. vanden VLIET.

**E** Rudissime Domine Lector & Examinator, si postquam magis Belgii Senator, auctoritate Regia, disputationem tuam impediwerat, egiles modestius, & Thesis tua diei sextæ currentis mensis non fuisset, velut quintum evangelium, transmissa ad omnes Brabantiae partes, venditioni publicæ expositæ, distracta innumera exemplaria, præsertim in platea Collegii Pontificii, in qua maximus est studiosorum ad scholas tendentium & inde redeuntium concursus; ego tot errores non fecissem publicos; solum impugnasset primam partem Thesis secundæ, quæ pessimè doces usum scientie ex confessione acquisita cum gravamine penitentis esse licitam; item panica repositilem ad ea, quæ ad excusandum tuæ prioris Thesis PERTINENS allegasti in conclusione secunda.

Verum quia locus egisti: permittes quæso, nec offendetur, uti spero, quicquam (nisi tu & tu) si justa defensione usus aliquid reponam ad totam Thesis. Interest minus peritorum, & Tirologiæ studiosorum, tibi nimis cito, uti sepe sit, credentium, liberari ab erroribus, quibus eos tuis principiis imbuisti, quasi foret insigne caritatis opus scientiæ ex confessione acquisitâ uti cum gravamine penitentis, ad impediendum gravius eius malum,

quem

Quem tamen sum caritatis succinum Sanctus Thomas (cuius dogmata fuerunt nuper utilissima) expresse recit in iplo metu loco, quem allegavi in responso 2. pag. 6. Idem videre poteris in summa eius parte 3q. II. supplementi. Insuper quodlibet 5. expresse docet eadem ultum continentem revelationem. Ea propter ipsa Divi Thomæ, nec non Scotti verba tibi exhibeo, ut non debeas multum tibi pretiosa temperante spatio (sic loqueris in conclusione 2.) in illorum verbis conquirendis impendere. Ex illis intelliges eos, qui tecum ista scientia utuntur cum gravamine penitentis, non moveri vera caritate, sed igne fatuo; quo vehementer te in me assisse ostendit secunda Thesis tua.

---

APPROBATIO.

**H**Æc Duplica pari laude cum præcedenti Relponso digna, merito videbit lucem publicam: ut magis præcedentes errores, & novi ex altera Thesis profuentes eliminetur. Coloniæ 23. Iunij 1682.

HEN. HILDEN S.Th. Doctor.

## ERRATA

Ille, cui folia tempore impressionis communi-  
cavi, deprehendit aliquos errores Typogra-  
phicos irreplisse. præcipuos ex eius dictamine  
exhibeo.

pag. 2. lin. 20. nimium lege minimum. p. 5  
l. 13. constantea l. constanter. ibidem lin. 19.  
requirimur, l. requiritus. p. 6. lin. 17. lle. l.  
ille. p. 7. lin. 25. tinterpunctio lege, interpun-  
ctio. p. 11. lin. 13. escententi, lege, ascendentis.  
ibidem lin. pen. duplicita l. duplia. p. 14. lin. 7.  
reseverim, lege, inseruerim. pag. 16. lin. 2.  
debeat, lege, debebat. pag. 19. lin. 6. prædere,  
l. prodere. ibidem privatum, lege, priva tim.  
p. 29. lin. 6. peccati, lege, peccatis. p. 32. lin.  
10. revocatio, lege, revelatio. p. 35. lin. 5. si  
lege, sit. p. 38. lin. 15. occupari, lege, aucu-  
pati. pag. 39. lin. ante p. admittens, lege, ad-  
mitteres. p. 40. lin. ult. potuisse, lege, po-  
suisses. p. 44. lin. 4. fin. lege, primo. pag. 47.  
lin. 6. scotus, lege, Scotum. p. 49. lin. 21. ex  
confessione adulterium gravius non committat.  
l. adulter incestuosus non tantum adul-  
terium simplex. non committat. pag. 54. lin.  
25. esse, lege esset. catena facile. Lector animad-  
vici.

## ARTICULUS PRIMUS

### Status Cause seu Controversie

**D**ominus vanden **V L I E T**  
in Thesi dici 19. Feb. hujus  
 anni 1682. ita dixit; oritur  
ex confessione sacramentalis si-  
gillum, quo obligatur Confes-  
sarius ex iustitia & religione  
quidquid peccati, & illi affine in confessione in-  
volvitur silentio involvere. Scientia ex confessione  
acquisita ut licet, modo fiat sine directa aut in-  
directa revelatione, & gravamine paritentis nisi  
aliud multo gravius ex non usu sequatur: in cu-  
ius comparatione prius merito contemnatur.  
**P E R T I N E N S** Non est improbabile quod  
olim, in quibusdam casibus licuerit uti scientia ex  
confessione acquisita, in quibus modo non licet.  
Advertus hanc Thesis lic ego scripsi.

Particulæ, nisi, hæc est vis, ut significet  
oppositum antecedentis, cui immediatè ad-  
vertatur: ita ut, si præcedens fuerit negativa,  
affirmet; si affirmativa, neget. sic tradunt Do-  
ctores omnes, quorum numerum ingentem re-  
fert Barbola dictione usu frequenti 217.

Cum ergo in particula antecedente dixerit  
non licere dicta scientia uti cum revelatione & gra-  
vamine

opinione, aut etiam non falleatur in comparatione gravitatis mali, quod prætendet ex non usu scientiæ securum.

Quam facile miseri pœnitentis infamiam Confessarius reputare poterit ut rem nihil; si persona sit pauper aut vilis: aut etiam dignioris quidem conditionis; sed erga quam confessarius parum afficiatur, ita ut parvum alterius bonum aut incommode pro affectu aut passione ( à qua nullus mortalium in hac vita est plene exemptus ) facile notabili gravamine pœnitentis sit præpositurus.

In folio, cui titulus, *cuiusdam S. T. Professoris Additio alia* sic dictum est.

Quomodo ergo potest consistere Thesis ista: *scientia ex confessione acquisita ut licet modo fiat sine directa vel indirecta revelatione;* & *gravamine pœnitentis nisi aliud multo gravius ex non usu sequatur: in cuius comparatione prius merito contemnatur:* in qua secundum rectum loquendi modum vox pœnitentis est relativa tam ad vocem *revelatione*, quam ad vocem *gravamine*. Nam *revelatio* non est nisi alicuius rei *revelatio*. nihil autem aliud exprimitur, quod sit *revelationis* obiectum; nisi illud *pœnitentis*. & si velint DD. Examinatores suam Thesis continere duas sententias, unam absolutam, quæ terminetur in voce *revelatione*: deinde aliam diversam penitus, quæ incipiat

*ramine pœnitentis*, & deinde subiungat, *nisi aliud multo gravius ex non usu sequatur*: dicie evidenter eo casu, quo multo gravius ex non usu sequeretur, licere scientia ex confessione habita, ut cum revelatione & gravamine pœnitentis.

Hoc vero si non evertat tandem penitus sacramentum confessionis, tantopere jam labefactatum per novas quorumdam recentiorum opiniones, judica ex sequentibus. quis enim habens gravia seu mortalia peccata non exhorrescit carnificinam ecclesie, obligantis ad annuam confessionem omnium Peccatorum mortalium, si non sit certissimus de omnimoda secreti fide & quis revelabit peccata illa, propter quæ vel acerbam mortem, vel bonorum confiscationem, vel infamiam perpetuam, vel officiorum amissionem, aut exilium pati cogeretur; si ad alterius perveniret notitia: quæ puella confitebitur vel nimium lapsum, vel affectum erga aliquem, ex cuius notitia incurrire posset famæ detrimentum, etiam minimum & quomodo de secreti fide sufficienter illa, vel alius pœnitens erit securus; si confessarius merito eius infamiam & gravamen possit contemnere, ubi crediderit multo gravius aliud securum ex non usu scientiæ.

Unde certus erit pœnitens quod Confessarius, iste in sua de lectione malo non falleatur op-

4

& *gravamine*; facient orationem non tantum  
hiulcam; sed etiam Peccaminosam. nam il-  
lud, &, continuationem orationis significat,  
Ille ablativus *gravamine* necessario coniungitur  
cum antecedenti sententia; quia regitur à voce  
sine ibi posita.

Cu mero post voces & *gravamine* con-  
nexas cum præcedenti sententia sequarur im-  
mediate, & connectatur omnino vox pœni-  
tentis necessario connexa est etiam cum ante-  
cedentibus: & æque dicit relationem ad vo-  
cem *revelatione*, quam ad vocem *gravamine*.  
& quod plus est debet etiam intelligi, relatio  
ad vocem *revelatione*: quia nullum aliud ex-  
primitur revelationis obiectum.  
Adveritus hæc replicam hanc dedit dominus  
vanden Vliet Thesim sequentem.

## DE SIGILLO CONFESSIONIS

## QUÆSTIO THEOLOGICA

Vnde oriatur? quæ ejus obligatio? &  
an aliquando licita ejus revelatio?

## CONCLUSIO PRIMA.

„ O Ritur ex Confessione Sacramentali  
„ ligillum, quo obligatur Confessarius

5

„ ex iustitia & religione quidquid peccati, &  
„ illi affine in confessore intellectus silentio  
„ involvitur." ( *Verba Thes. de 15. Feb. 1682.*  
Hanc propositionem dignitatem universaliter  
verem esse (ero tamen casu excepto,  
scilicet quo pœnitentia expressè consentiat in  
revelationem) tenper sustinimus, & ahduc  
sustinemus. Testes asserti tot labemus, quot  
pælectiones nostras in hoc Tractatu audire-  
runt. Distinguuntur directa vel indirecta reve-  
latio, & plus scientia ex Confessione acqui-  
siens: hæc qui ignorat, ceteris moderatione dig-  
nus est, aut instructione. Sicut enim cor stan-  
tea afferimus, quod nullo casu licita est circu-  
cta vel indirecta revelatio. ita " Scientia ex  
Confessione acquisita ut licet, modò fiat sine  
directa, aut indirecta revelacione, & gra-  
vamine pœnitentis." (Ex eadem Thesi.) Duo  
requiruntur, ut licitus sit ille usus, at sentiam  
scilicet revelationis, & gravaminis. pœnitentis.  
Nescio si cuem *Novum Calepinum* cuderit,  
vel quem sensum intenderit, qui secundum nos  
concludit in prima additione ad secundum  
responsum D. Niccl. du Bois, duo esse  
necessaria, ad hoc ut usus ille sit illicitus, re-  
velationem scilicet, & gravamen pœnitentis.  
Porro quis sit hujus additionis Author? prima  
eius verba ( *Nisi sit error Typographi* ) iatis de-  
monstrant; sorte viderat inconcinnam conse-  
A3 quen-

quentiam, & ideo maluit sub aliena umbra  
luitare. Infelix astutia!" Quis non horret?  
Si d. non horret (nisi conjectura fallat) sacra-  
rum litterarum &c. Primarius Professor &c.  
non horret S. Theol. Doctor, lib. Censor.  
Si hoc doctissime! u illin è! ac non sine ne-  
cessitate! Profecto timendum, ne multarum  
novarum opinionum; quin & errorum brevi  
ex nostris Thesibus convincamur rei, si tales  
novos patientur interpres, judices, & cen-  
sores (Vide Censuram responsi secundi D<sup>o</sup>  
Nicolaï du Bois)

## SECUNDA.

Potes an sicut non licet unquam scientia  
uti cum revelatione directa vel indirecta:  
ita & accedente gravamine aliquo paenitentis  
semper sit illicitus ille usus? resp. quod sic:  
"nisi aliud" (gravamen scilicet paenitentis)  
"multò gravius ex non usu sequatur: in cu-  
"jus comparatione prius in merito contemnatur.  
Particulæ. Nisi" (fatemur) sèpè hæc est  
vis ut significet oppositum antecedentis, cui  
immediate adverteratur ita ut si præcedens  
fuerit negativa affirmet; si affirmativa ne-  
get. Sic tradunt Doctores omnes, quorum  
ingentem numerum refert Barbosa. Dicitio:  
usu frequent. 217. cum ergo in particula an-

"cedente dixerit non licere dicta scientia  
uti cum revelatione & gravamine paeniten-  
tis, & deinde subjungat, nisi aliud multo  
gravius ex non usu sequatur: dicit evidenter  
eo casu, quo multo gravius ex non usu seque-  
retur licere scientia ex Confessione habitâ  
uti, cum revelatione & gravamine paeni-  
tentis." D. Nic. du Bois in resp. ad prim. q. ejus  
Quis sit ille qui hoc evidenter dicit, quod  
hic asseritur? ignoramus. An ille? qui dicit  
scientia ex Confessione acquisitâ uti licet &c.  
Judicent pueri triviales, & muta fiant labia  
dolosa. Licitus est usus, si duo ablinet, reve-  
latio & gravamen: ergo ut sit illicitus, duo  
eadem debent adesse: hoc est somnium & in-  
terpretatio ejus, non per Babylonios sapientes  
referenda PHARAONI, sed quibus con-  
flanda invidia & suspectatio iis, quibus ejus-  
modi affingere luber. Sed dicet forte quis? in  
Thesi de 19. Feb. 1581. præcedunt duo reve-  
latio & gravamen: particulæ nisi vis ubi est?  
R. gravamen immediate præcedit, & illius  
significat oppositum, non verò alterius. mul-  
ta sunt, quæ hoc ostendunt. Primo quidem  
omissa interpunctio post verba gravamine  
paenitentis, quam maluit Author responsi se-  
cundi paginæ suæ primæ falsificare, quam at-  
tendere. 2. Pronomen relativum alius, gra-  
vamen distinctum à revelatione opponit gra-  
vamini

vamini ab ea distinto : quis enim nesciat ipsam revelationem gravamen futurum maximum? 3. Evidens est alias in Thesis contradictione. 4. Aburditas quae sequitur, hoc ipsum non permittit : sententiam teneremus sine ulla ratione, Authore, fundamento, si non hereticam, omnium Theologorum iudicio faltem erroneam. 5. " Intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi, quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus " & de verb. signif. cap. intelligentia ) : Thesis namque erat pro particulari exercitio particularis auditorii. Pluribus exemplis possumus ostendere : quod ubi una vel plures simul ex hic assignatis, rationibus concurrunt, aliam non esse vim particulae. Nisi.

### T E R T I A

**P**ETET forte quis, cur non clarius haec expresserimus? cur putatis? nisi quia disputationes in Catholica Ecclesia non aliter intelligi arbitrabamur, ut in alio casu quondam S. August. res. Julianus (lib. 1, cons. Jul. c. 6). Neque tales credebamus dari interpres, multo minus synodalem Judicem, qui prout vellent intelligerent. Sed demus: fuerit grammaticalis error: tantusne propter illum excitandus strepitus? fuerit dubia propositio: quare secundum

cundum christianam prudentiam non prius, quod erat facilimum se informaverunt de sensu Thesis nisi sufficienter determinati sint ad istum sensum, quia Thesis erat Lectoris Seminarii & Examinatoris Archiepiscopi: vel quod pro honorario scribenti dicenda forent placentia. Profecto & quiores fuisse apparent SS. PP. in Synodis erga hereticos aut suspeccatos, quam Author secundi responsi & alii erga Catholicos. " Non est improbatum quod omnia, lim in quibusdam casibus licuerit ut scientia ex confessione acquisita in quibus modo non liceret." (Pertinens Thesis 19. Feb. 1682) Qui de veritate huius asserti dubitat, Scotum addat in 4. distinct. 21. q. 2. n. 23. & citatos in scholio illi praefixo Authores. (Editi Ant. apud Ioan. Kerbergium) & videbit probabilitatem multa ab iis disputata, quae post Bullam CLEMENTIS VIII. putamus illicita: & hic est sensus pertinentis. Nescimus quis sit ille? vel in qua potestate comminetur nobis? aut quis dederit illi hanc potentiam? Pro confessatis habenda esse, ad quae non responderemus. Detinemur amoenioribus (BONI PROFESSIONI) nec similibus raploidis refutandis occupare possumus multum pretiosas, & rebus salubribus impendenda temporum spatia.

AD D I T I O.

**N**escimus quo alio fundamento, quam  
*intenti*, non sensus, sed finis prætentio-  
rum errorum rei traducantur. Eximius D.  
Præfes Seminarij Archi-Episc. & Reveren-  
dus admodum D. in prælegendo Socius: cum  
neque in his, neque in alijs Thesisibus ullo mo-  
do mecum participaverint: uti juramento pa-  
ratus sum affirmare. Qui hoc ignorant, quæ  
prudentiæ judicant? qui sciunt, quæ justitiæ  
condemnant?

A L I A.

**A**pposic S. Augustinus in Psal. 55. "non  
ergo timeat unusquisque nostrum Calli-  
des insectatores, aucupes verborum, dinume-  
ratores penè syllabarum, & prævaricatores  
præceptorum.

P R A E S I D E

**E.D. FRAN. vanden VLIET.**  
MECHLIN. S. Th. Licen.

D. IOAN. ANT. vanden MALE Mechlin.  
In Seminario Archi-Episcopal. Mechlin.  
Die 6. Junij 1682.

ARTIC

ARTICULUS <sup>II</sup> SECUNDUS.

*Duplica Primum.*

**C**ontigit quod ipsâ die 6. currentis Men-  
sis Junij (quo Thesis erat defendenda  
Mechliniæ hora quinta post meridiem) qui-  
dam Lovanium veniens detulerit exemplar  
ad mihi notum: à quo cum accepisset hora  
decima matutina, ex tempore responsonem  
prodromam concepi, quæ perfecta hora un-  
decima, statimque redacta in mundum, pluri-  
bus descriptis copiis, delata est Mechaniam  
per expressum: qui ipsi Domino vanden Vliet  
Cathedram escendentem, tradi curavit; ut cor-  
ram auditorio proposita per me (qui perso-  
naliter adesse non poteram) solveret argu-  
menta. sed Magnus Regis Senatus, eorum  
quæ agebam ignarus, manus Regis apposi-  
tione, disputationis prosecutionem interdixit  
ipso scre momento, quo disputationis Præles  
meam responsonem legebat.

Quin vero istis non obstantibus innumera  
Thesis utriusque exemplaria transmissa sint  
Lovanium, Bruxellas &c. ibique publicè  
venditioni exposita & distracta; tamen fides  
data Domino vanden VLIET de exhibenda  
ipsi duplica ulteriori, quam instantia plurimo-  
rum eam à me expectantium postulavit ut

satisfacerem plenius. Sequentia ergo accipe, continentia pro parte ea, quæ in scriptis prius communicavi, & quæ breviter inter alias occupationes fere quoque ex tempore addidi.

### ARTICULUS TERTIUS

#### *Progressus D. vanden Vliet à primis figuris ad Dialeticam.*

**I**N conclusione secunda, Eruditissime Domine vanden VLIET dicis pronomen relativum aliud &c. Ego in figuris didici vocem aliud esse nomen, non pronomen: aliquando adiectivè accipi, aliquando substantivè; præsertim si ipsi adiectivum adiungatur, prout in prima Thesi, qui dixisti, nisi aliud multo gravius ex non usu sequatur; sed quandoquidem ita placet, nomen aliud fiat pronomen & capiatur adiectivè dum ei aliud adiectivum jungitur, etiam in prima tua Thesi. à figuris ad grammaticam procedamus.

Ex dictis articulo primo supra appetet satis clausulam istam primæ Thesoris diei 19. Februarij, nisi aliud multo gravius ex non usu sequatur, excipere à tota præcedenti sententia. Tu vero, Eruditissime domine, satis advertens ab argumentis in dicto articulo repetitis diffi-

difficulter posse te expedire, in tertia conclusione novissimæ Thesoris ais, sed demus fuerit grammaticalis error, tantusne propter illum existandas strepitus?

Eruditissime domine Theologie Lectorem & examinatorem oportet exacte nosse grammaticam, ne per verba minus caute prolatæ inducat discipulos in errorem: aut certe dum examinat, ex ignorantia grammaticæ verum pro fallo habeat.

Verba enim significant sensum à loquente intentum, hoc docet Augustinus lib. 2. de doctrina christiana cap. 3. *verba*, inquit, *prosulsi* inter homines obtinerunt principatum significandi quæcumque animo concipiuntur. idem docent iura, l. 7. ff. *de supellecibili legata*. docent Canones & concilia Ecclesiæ, vide, si lubet, lateranæ sub Martino primo Tridentinum, acta Vigilii, Felicis Tertii & aliorum Pontificum, in quibus de errore aut hæresi judicatum est ex verbis.

Non propter grammaticalem errorem Eruditissime Domine, adeo opere obligationem secreti seu sigilli Sacramentalis deduxi: sed ad confessarios, etiam Seminarii Archi-episcopalis, in materia gravissima instruendos; ne scientia ex confessione acquisita uterentur cum gravamine pœnitentis. quod fieri posse docet D. tua tam in prima quam secunda Thesi sua.

Vicemamus syntaxim tuam , dixisti scientia ex confessione acquisita uti licet modo fiat sine dicta aut indirecta revelatione ; & gravamine pénitentis nisi aliud multo gravius ex non usu sequatur. me in novissima Theli conclusione secunda arguis ut falsarium ; eo quod post pénitentis reserverim comma à te omnissum.

Eruditissime Domine , non credidi te adeo parum in syntaxi peritum , ut ignorares inter sententias contrarias aut adverbias ( qualis est exceptiva , & illa à qua sit exceptio ) . e tere interponi signum divisivum. Hoc enim docet ulus manifestus , & qui de recta interpunctione ratione scriperunt ; inter quos , nostro adhuc tempore , Doctor Andreas Valerius.

Ideo credidi errorem fuisse typographi , non tuum partum. verum cum tuum agnoscas : illum tibi habe. Sed quare tu modo conquereris de falsificatione per interpositionem commatis eo loco , ubi interponi debuit : & tamen conclusione secunda in paucis lineis lexies falsificas textum & elpositionis meæ ad prius questionum , omittendo interpunctiones à me positas ijs in locis , ubi interponi debuerant, seu recta scribendi ratio & usus postulat , ut interponantur.

Nihil quidem in tota Thesi tua vidi , quod direxte ad poësim pertineret : sed graves illi in me termini reduxerunt mihi in memoriam ,  
poë-

15  
poëmata & impulerunt , ut cum illa apud Ovidium dicerem ,

*Nomina sunt ipso pene timenda sono.*

Rethorica etiam tuam in plurimis non capio v. g. in prima conclusione scribis : *nescio ? quem novum &c.* in secunda sic , *contemnatur. particula. nisi &c.* non audeo amplius dicere esse errorum typographi : ne me iterum falsificationis arguas. Dum exspecto , ut novæ huius Rhetoricæ prebaras exhibeas regulas , transeo ad alia.

## ARTICULUS QUARTUS

*Perpenditur Dialectica & Theologia.*

*Practica D. vanden VLIET*

In conclusione secunda prope finem , ut errorum tuum excusas , sic argumentaris intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi , quia non sermonires , sed rei est sermo subiectus : Thesis namque erat pro particulari exercitio particularis auditorii. Quæ hic argumenti species ? Thesis era: pro particulari exercitio particularis auditorij , videlicet Seminarii Archi-episcopal , in quo Theologiz Studioli formantur in ordine ad curas pastorales ; ergo ex ista causa ( in materia tanti momenti quale est sacramentum Sacramentale ) sententia illa exceptiva *nisi aliud multo gravius ex non usu sequatur intelligenda*

telligenda erat cum ista restrictione gravamen scilicet pénitentis & vox nisi non debeat accipi in significatione ordinaria, ut exciperet à sententia præcedenti, sed tantum ab una partcula, *gravamine*.

Philosophiam si nosti, Eruditissime Domine, exhibe locum topicum in quo fundetur ratiocinatio illa tua, qua dicas Thesis namque &c proba ex ista causa sumendam fuisse tuæ Thesis intelligentiam. Non exhibebis mihi Theologicum, vel legalem. Forte consequentiam illam tuam clare & distincte vidisti in Cartesio: quælo nobis Cartelii textuum exhibe.

Sed magis stupeo Theologiam tuam practicam. Audivi enim & credo, te mirum in modum, & sèpius clamasse contra Restrictiones mentales: iam tamen illas ampliteris; sic enim scripleras in prima Thesi nisi aliud multo gravius ex non usu sequatur. In novissima Thesi, conclusione secunda sic: nisi aliud gravamen scilicet pénitentis, multo gravius ex non usu sequatur.

Ego diu fui edocetus verba intelligenda esse secundum usum, & loquendi consuetudinem, si de veritate huius doctrinæ dubites, adeas Zepperum in *cynosura Legali. cap. 23.* & 24. ibi jura & authores invenies plurimos. Canonistæ & Theologi quorum tibi in responso ( quod invadis ) magnum numerum ex-

exhibui, dum querunt an ad impediendum adm odum grave malum licet ut scientia ex confessione acquisita, non de solius pénitentis malo agunt; sed maxime de alio, v. g. ad impediendum scisma, occisionem Regis, Pontificis, ditionem Civitatis, & nominatim agunt de impediendo malo patrando, non ab ipso pénitente, sed ab alio, quem pénitens in confessione revelavit. Lege quæso citatos à me authores.

Tu vero verba tua admodum generalia ad gravamen pénitentis restringis. Ergo uteris restrictione pure mentali quam nec verba Thesis, nec circumstantiae ( quæ nusquam apparent ) consignificant. Hanc vero nec in docente, nec quoties alicui præiudicium generaretur, aut error ( ex quo minimum malum sequi posset ) ullus admisit. vide ergo ne sis omnibus laxior. Attamen quæramus.

## ARTICULUS QUINTUS

*An sit admittenda doctrina Seminaryi, permittentia scientie ex confessione acquisita usum cum gravamine pénitentis ad impediendum multo minus gravamen eiusdem pénitentis.*

**T**radunt Doctores confessarium de rebus auditis in confessione non posse postea loqui

loqui pœnitenti sine eius venia , etiamsi per hoc non aliter gravetur , quam quod narratorum in confessione peccatorum pudor ingeneratur , etiamsi ad pœnitentis salutem , & impediendam eius damnationem , ( que est gravissimum malum loqueretur ) sed ad aliud impediendum debere in ipso confessionis tribunali monere , dare consilia , exponere pericula praesertim æternæ damnationis ; nisi pœnitens post confessionem , confessario de illis loquatur vel consilii habendi causa , vel tollendi scrupulum . vide Milderum de sigillo . cap . 21 . 22 . Bosco disput . 8 . sect . 7 . conclus . 6 . Sylvium in supplemento quest . xi . cuius verba describo .

Communis sententia , dominici dist . 18 . q . artic . 6 . Tolei . 3 . capit . 16 . Victoria qu . 185 . Bliesfeld tract . de sigillo cap . 7 . Josephi Angles in floribus Theol . Suares disput . 3 . sectio 5 . Tomo 4 . Henriques lib . 3 . de pœnitent . cap . 20 . negat id circa pœnitentis consensum fieri posse : quia alioquin confessio valde onerosa , recidetur , cum non possit ordinari fieri tale colloquium sine magno pœnitentis rubore .

„ Hinc S . Carolus Borromeus part . 2 . cap . 20 . suarum instructionum , si sacerdos necessitate coactus cum ipsorum pœnitente de peccatis loqui debeat , id non nisi præfata venia faciat . Ita ille respondens ad questionem an sacerdos

„ sacerdoti licet extra confessionem loqui cum pœnitente , de auditis in illa ?

Atque iste fuit priscus ecclesiæ sensus quem Hereticus Wicclef sic olim lugillabat , confessor post confessionem , nec audet culpam confessu predere , nec confessum suum privatum vel publicè ad virtutem oppositam inclinare : & sic necessitatur à lege Domini , Mathai 18 . Si peccaverit in te frater tuus , vade & corripe illum inter te & ipsum solum consentiendo criminis , declinare . ita apud Waldensem Tomo 2 . cap . 152 .

Sed longe procedit ulterius D . tua , quæ agit non de solo usu cum pœnitente , sed de usu simpliciter cum ipsis pœnitentis gravamine . Igitur confessarius , qui ex auditis in confessione veretur , ne adolescentis visitando puellam in ordine ad Matrimonium , vel puella admittens eo fine ejus visitationem ; vel ne advocatus , procurator , Judex , Mercator , Senator Famulus , Ancilla aut quicunque tandem in officiis vel opificiis exercitio incidat in peccatum aliquod mortale ( quod est maximum gravamen pœnitentis ) poterit ex scientia in confessione acquisita impedire adolescentis istius colloquium , procurare electionem famuli , aut ancillæ , amotionem procuratoris , advocati , senatoris , interdictionem officiis vel opificiis , impedire promotionem &c . & tandem eo adducere omnes , ut sacramen-

tum adeo necessarium detestentur velut carnicinam.

Insignis profecto caritas , quæ sub prætextu impediendi peccati alicuius efficiet , ut nullus confiteatur ; moriantur passim omnes in peccatis , & damnentur in æternum : etiam ille , ad cuius unum peccatum mortale impediendū scientia usus fuerit *cum eius gravamine*. Forsan enim illud , quod verbaris , non fuisset commissurus , aut de commissio egisset pœnitentiam. Ubi vero intellexerit te posse uti ista scientia *cum eius gravamine* , nec illud quod commisit confitebitur , ne ipsum graves ; & si semel gravatus fuerit , non facile peccatum aliud quodcumque confitebitur , ne de-nuo gravetur.

Certè horruī dum ex discipulis cujusdam (à quo uti audīvi accipit Seminarium dictata auctor lectiones ) intellexi doctrinam sequentem :

*„confessarius ex sola confessione sciens peccatum alicujus occultum, non solum non potest dare ipsi testimonium ad Pastoratum v. g. acquirendum : sed etiam debet positive impedire , ne ad Pastoratum promoveatur : ne mitteret lupum inter oves.*

Replicabatur *quomodo Dominus hoc posset facere sine fractione sigilli confessionis ?*

Respondit " modus conveniens esset si confessarius scriberet Episcopo vel patrono quod talis

*„, talis v. g. N. N. concurrens ad Pastoratum „, esset inidoneus , quod illum non deberet ad „, Pastoratum promovere , sed confessarius „, non signaret suum nomen.*

Cumque ulterius obiceretur , quod ille modulus esset inefficax quia anonomæ isti epistolæ Episcopus nullam posset dare fidem : imo nequidem libellis impressis anonomis , & sic inimici & concurrentes possent de unoquoque viro probat alia scribere.

Respondit , *quod interim aliquam majorem curam adhiberet Episcopu.*

Dico autem ego , si hoc ita est , pari ratione poterit confessarius scribere Magistratu , Iudici , Principi , & superiori cuiuscunque : & exponere pœnitentem non tantum frustrationi spei , sed etiam publicæ inquisitioni , & omnium inde bonorum ac capitum periculo.

Non ita ante novos ejusmodi lectores trahiderunt Episcopi & Archiepiscopi : nam in instructionibus Mechliniensibus pro confessariis , sic legitur : *non utantur confessarij scientia ex confessione accepta.* Eodem modo habent Gandenses. Antverpienses autem factæ à Rmo. D. Ambrosio Capello , Sacrae Theologiae Doctore , nunquam utatur scientia in confessione accepta. Iprentes caveat ne utatur scientia in confessione accepta.

## ARTICULUS SEXTUS

*en doctrinam sui pertinentis recte excusę  
D. vanden VLI ET in 3. conclusione*

**I**N illi sic ait non est improbabile quod alius in quibusdam casibus licet ut scientia ex confessione acquisita, in quibus modo non licet. Qui de veritate huius asserti dubitat, scotum audeat in q. distinct. 21. q. n. 23. & citatos in scholio illi praefixo auctores: & videbit multa ab ijs esse disputata, qua post Bullam Clementis VIII putamus illicet: & hic est sensus pertinentis.

In responsione prodromi dixi, tibi Eruditissime Domiae, in tum pertinenti non haberi alius non fuit improbabile &c. sed non est improbabile. Loquitur erga pertinenis de probabilitate presenti respectu actus præteriti temporis. Responsio prodroma fuit ad hominem. Ecce enim quod nuper docuit is à quo (ut audiv i dictata accipis) ex censura laxitatum per Alexandrum VII. & Innocentium II. consecratum est, quod ab ipsis censuratae opiniones, etiam ante censuram non potuerint sine peccato praticari quocumque probabilitatis titulo.

Non proho quidem totum quod dicit hic Magister: aliquæ enim ex damnatis propositionibus per Alexandrum VII. sunt illicitæ ex mero politivo jure v. g. 4. 14. 13. 16. 20. 22.

32. 34. 37. 39. 44. vult ergo Magister iste quod, errantes in materia juris positivi, quantumcumque probabilibus rationibus & titulis credant vel non esse eiusmodi legem, vel non pertinere ad calum, à peccato non excusari. per hoc autem Theologorum & Canonicistarum torrenti contradicunt.

Ex istius nihilominis doctrina formavi tibi (ut dixi) reponsum ad hominem. accipe nunc plenius. Obligatio scientiæ ex confessione acquilita non utendi cum gravamine pœnitentia non eritur ex mero iure positivo, sed huius ex ipla institutione sacramentali, quod conservari non poterit, si admittatur ille usus: palam enim omnes gravari timebunt, si quid facinori committerint.

Deinde ipsum gravamen pœnitentis apud alterum, quid aliud est quam quodam indirecta revelatio; si non peccati in specie, saltrem in genere. Et quidem est revelatio indirecta talis, ut illi, apud quem gravamen iniicitur, natum sit ingeri suspicionem gravioris criminis, aut criminum, quam pœnitens fuerat confessus:

Proditur ergo miser pœnitens ab eo, quem adiit ut parenti & Dei vicarium, quem adire Christus iussit, non ut proditorem, sed ut scelerum condonatorem: apud quem misericordie dictum vere se sperabat, beati que-

rum remissa sunt iniuriantes, & quorum recta sunt peccata.

Nonne verius iam dicet, *infelix ego, qui cogav sceleram ea aperire confessario tali, qui cum mei gravamine scientia usurus est;* quia timet ne mibi contingat gravamen multo gravius. Et forte temere timet quia non est tantum gravamen illud, quantum credidit? item an futurum sit, incertum est, quamdiu non evenit: & interim pro incerto malo certum patiar.

An credis eruditissime Domine fuisse licetum ante Clementis VII. constitutionem prodere aliquo modo peccatum? nonne dum antea per generale Concilium Lateranense constitutum sic est? *caveat confessarius omnino ne verbo, aut signo aut alio quovis modo, aliquatenus prodat peccatorem.* Nonne prodit ille peccatorem, qui apud alium impedit eius promotionem, significando eius indignitatem licer peccatum eius particulare non exprimat.

Videamus modo quid dicat Scotus, deinde constitutionem Clementis VII<sup>1</sup>. Verba Scotti sunt: " si in collegio est consuetudo communis, ut sine nota quilibet extra Monasterium curam habens vel sine cura monasterium trahens revocetur pro libitu, sed quandoque pro alia causa honesta, ut nunc iste quiescat in clauistro, nunc laboret cum Marta in exteriori ministerio, & nunc ille:

prout

" prout utile visum fuerit Præsidenti; dico tunc quod Monachum confessum de criminis commissio in aliquo loco extra Monasterium ubi moratur, potest Abbas ad monasterium revocare: quia in hoc nullo modo peccatum confessum prodit; licet aliquis dixerit, quod confessor nullo modo potest se habere aliter ad confessum ratione confessoris quantum ad quemcumque actum extra forum illum, quam si penitus nūc il audiatur, si autem est consuetudo in collegio, quod non transferatur Monachus sic ex loco sibi rinfeco ad claustrum, nisi ratione delicti, vel insufficiente in cura illius loci; non videtur tunc licetum Abbatii confessum ad monasterium revocare."

" Si dicas non apponit remedium ad salutem ovis suæ: Respondeo, consulat sibi in foro pœnitentiae meliori modo, quo poterit ut illum locum sibi periculosum dimittat. Si noluerit, non attenteresse Deus: sed defectus occultos sibi secundum justitiam in corrigibiles Dei correctioni dimittat.

Apud Schotum citatur D. Thomas quodlibet 5. art. 13. cuius hæc sunt verba: " dicendum, quod id quod per confessionem auditur, nullo modo est manifestandum nec verbo, nec signo, nec nucu, nec etiam aliquid est faciendum, unde in suspicionem

D

„ cionem peccati aliquis possit devenire Si ergo amotio subditi ab administratione possit inducere ad manifestandum peccatum in confessione auditum , vel ad ALIQUAM PROBABLEM SUSPICIONEM HABENDAM DE IPSO , nullo modo Praes latus deberet subditum ab administratione removere , puta , si in aliquo monasterio esset confuetum , quod priores non amoverentur de suis prioratibus . nisi propter culpam , MANIFESTARETUR PECCATUM CONFIDENTIS PER REMOTIO NEM AB ADMINISTRATIONE UNDE SI ABBAS HOC FACERET , GRAVITER PECCARET TAM QVAM CONFESSIONEM REVELA NS . posset tamen cum secreto charitate admonere , ut cum instantia petret cessionem , si hoc videret saluti eius expedire . Si vero per amotionem ab administratione peccatum nullatenus manifestaretur , puta si in aliquo monasterio esset confuetum quod ABBAS pro suo libitu de facili aliquos ab administratione removeret , tunc alia occasione accepta posset subditum sibi confessum ab administratione removere , & deberet hoc facere , cum debita tamen cautela , si talis administratio esset subdito periculosa in posterum , quamvis etiam & in hoc casu melius esset

„ esset quod cum induceret ad cessionem pertendam .

Clemens VIII . sic statuit : tam superiores pro tempore existentes quam conffarij , qui ad superioritatis gradum fuerint promoti , eaveant diligenter , ne ea notitia , quam de aliorum peccatis in confessione habuerint ad exteriorem gubernationem utantur .

Breui patetbunt , eruditissime domine , errores tui , dum quædam alia præmisero . Sic nobiscum agis , quasi nescivimus quod quædam antiqui censuerint licitum esse id , quod postea improbat Clemens sic enim aïs conclusione 3 . , qui dubitat aedat Scorum in 4 . distinet . 21 . q . 2 . n . 23 . & citatos . &c .

Et tamen in responso pag . 14 . apertam feci distinctionem inter Doctores , qui ante dictum constitutionem scripscrunt , & anteriores . Navarrum etiam , qui in dicto Icholio citatur , allegavi pag . 12 . & 13 . & quidem ipsum eius commentarium , in quo alligat Scorum , & citatos apud eum .

Et in additione quarta , quæ paulo post impressum responsum meuni prodij , sic Icriptum est . " quando etiam Clemens VIII . vetuit , ne ad externum regimen adhiberetur usus scientiæ ex confessione acquisitæ , hoc fecit ne confitens in gravis peccati occulti veniret suspicionem , ideoque non tam novum

„jus constituit, quam antiquum explicit dūbitantibus. & quamquam præsertim ante dictam constitutionem aliqui censuerint consilium; qui aspirantis ad officium, incapacitatem aut indignitatem novit, posse ex illa scientia non dare suffragium, modo nullatenus oriretur suspicio occulti criminis: non erat tamen in eō gravamen pœnitentis, nam ex suppositione incapacitatis vel indignitatis constens non habebat jus ad illud, quod prætendebat: & authores prædicti volebant omnem suspicionis occasionem penitus exclusam.

Insuper, quod nota, in hac additione expressa est ipsius Scolij sententia. quæ sic habet, licet suffragium denegare ex scientia confessionis. Hanc additionem à te viam negare non poteris, quia ad te & alios eiusdem seminarii, plura exemplaria sunt transmissa. Define ergo nos accertere in numerum ignorantium quid de causa à Clemente decisa scripserunt antiqui.

Sed vide potius errores tuos. Agit Scotus expresse de gravamine maximo ipsius pœnitentis, scilicet securitatis eius peccatis, si in administratione relinquatur. Relege, quæsto, verba illa Scotti: si dicas non apponit remedium &c, & tamen vetat scientie ulum cum pœnitentis gravamine, & vult, ut confessarius correctioni Dei dimittat. Damnat ergo Scotus, etiam secundam

Thesim

Thesim tuam, quantumcumque per restrictionem mentalem, gravamen scilicet pœnitentis, limitatam.

Eandem damnat D. Thomas iam citatus loquens expresse de gravamine maximo ipsius pœnitentis, seu futuri peccati. Dicit enim si videres salutis expedire, si talis administratio esset periculosa in posterum. nota ergo:

I. Sanctus Thomas expresse dicit usum scientie cum gravamine pœnitentis, quale esset amotio ab officio, contrarie revelationem manifestaretur, inquit, peccatum pœnitentis per remotionem ab administratione, unde si Abbas hoc faceret graviter peccaret tamquam revelans confessionem.

Perge nunc & plauftra iniuriarum in me congere, eo quod dixerim tuum nisi &c. etiam excipere à revelatione. Et solve argumenta articulo primo, & quarta additione relata.

I I. Fateris ne quidem illa, de quibus Scotus & divus T. omnes ( quos alii scholio relativi fecuti sunt ) disputarunt, hodie esse illicita: que post Bullam, inquis, Clementis V I I I. putamus illicita, Quomodo ergo dixisti in z. Thesi nisi aliud multo gravius ex non usu sequatur. quomodo subsistit restrictione mentalis in secunda Thesi conclusione secunda gravamen scilicet pœnitentis? de illo enim agebant, & de illis disputabant quæ iam fateris esse post Bullam

30

lam Clementis illicita. illicitum ergo omnino est poenitentis gravamen per usum scientie ex confessione acquisita.

I I I. Dum tamen dicis esse licitum usum si aliud multo gravius gravamen poenitentis ex non usu sequatur, & addis tuum pertinens; quero qui sunt illi casus cui pertinentis, non comprehensi in tua exceptiva sententia, nisi aliud &c.

## ARTICULUS SEPTIMUS

Breviter expenduntur reliqua partes Thesis Dici 6.  
huius Mensis, & ostenditur quod D. vanden  
Vlier per illam potius confirmet sensus priorum  
Thesis à me & ab alijs qui viderunt intellectos,  
quam infirmos.

i. **A** Is, in conclusione 1. eritur ex confes-  
sione sacramentali sigillum, quo obli-  
gasur confessarius ex iustitia & Religione quidquid  
peccati, & illi affine in confessione intellexit, silen-  
tio involvere.

Respondeo ego; cur instruendo seminarij  
studiosos, futuros aliquando Pastores, omili-  
sti illud quod Canonistæ & Theologi do-  
cent; hanc obligationem esse iuri divini, fluere  
necessario ex ipsa sacramenti institutione, esse in-  
dispensabilem, quavis alia obligations etiam iura-  
sa fir-

31

ta firmorem. hoc expectabam, lecta tua prima  
Thesi, sed eius loco lecuta est exceptio, nisi  
aliud multo gravius ex non usu sequatur.

Respondeo secundo cur non dixisti saltem  
id quod dixit Lateranense Concilium, quod  
non solum mandat peccatum in confessione  
detectum & quidquid illi est affine silentio  
involvi, sed etiam ait *caveat ne omnino verbo, signo, aut alio quovis modo prodat peccato-rem*: hoc non caves dum gravari permititis.

Respondeo Tertio, dum pro causa obligationis non aliud ponis quam *iustitiam & religionem*, permittis etiam revelationem in con-  
cursu gravioris mali, Hoc docent Theologici annes in materia de epikia, & juristæ in l. 31. ff. depositi, item Canonistæ ad distinctionem  
**XIII. Gratiani**

Proinde parum admodum sustines, dum  
propositionem istam sustines; etiamsi nunc  
addas, uno tantum casu excepto, quo paenitens  
expresse consentiat in revelationem. Qui enim non  
aliam sigilli causam novit, quam *justitiam & religionem*, merito in concursu gravioris mali  
crederet cessare obligationem: & tuam partic-  
culam exceptivam tantum ad istum casum non  
pertinere. Hoc plene colligitur ex ijs quæ tra-  
dunt doctores ad l. 12. cod. de prediis minorum  
& quia in tua conclusione 3. in fine significas te  
admodum occupatum. Illos tibi suggeram  
&

& eorum loca. Vide ergo Barbosam ad dictam legem, & dictione usu frequenti 401.

II. Dicis teltes asserti tot habemus, quoniam prælectiones nostras in hoc tractu audiverunt. R. quid audiverint ( quæstio est facti, parum tamen prodierit eorum testimonium, quia adversus illud æque militabunt eam, quem allegavi.

III. Dicis distinguuntur directa vel indirecta revocatio, & usus scientia ex confessione acquisitus: hec qui ignorat, commiseratione dignus est aut instructione. nec ignorantem querere, eius commiserere, & intrue.

IV. Dicis sicut enim constanter asserimus, quod nullo casu licita est directa vel indirecta revelatio: ita scientia ex confessione acquisita utiliceat, modo fiat sine directa aut indirecta revelatione, & gravamine pœnitentis.

Respondeo: tanto peius, quod adhuc, postquam vidisti Scotum & ab ipso citatos, signanter D. Thomam, item intellectus constitutionem Clementis VIII., adhuc tamen persistis & permittis ex scientia ex confessione acquisita gravari pœnitentem. Poteras te honeste excusare, dicendo constitutionem istam non fuisse à te visam, quia nec in corpore juris extat, nec in ordinario Bullario. Nam quomodo te extricabis: an alia restrictione pura pute mentalis magis ad meritum & gloriam foret ingenua revoca-

catio, quam pergere in subversione Sacra-  
menti

V. Dicis duo requirimus, ut licitus sit ille usus absentiam scilicet revelationis, & gravaminis pœnitentis.

Respondeo idem requiro & ego, requirunt & jura, requirunt Canonistæ & Theologi quos allegavi, aliquique. sed non admittunt exceptionem tuam.

Calumnias quas congeris in reliqua parte primæ conclusionis, tibi ex animo condono, & mille plaustra aliarum. Solum addo, partem additionis primæ usque ad illa verba, hoc malum ut evitent Episcopi, esse meam. quâ ratione autem, uno contextu iuncta sint sequentia, ipse nescio.

VI. Dicis in conclusione 2. petes an sicut non licet unquam scientia uti cum revelatione directa vel indirecta: ita & accedente gravamine aliquo pœnitentis semper sit illicitus ille usus? Resp. quod sic: nisi aliud ( gravamen scilicet pœnitentis ) multo gravius ex non usu sequatur: in cuius comparatione prius merito contempnatur. Resp. hic pro repetitis habeo, quæ ante deduxi, & quod infra ex S. Thoma addam: ex quibus videre poteris ne quidem admittendum esse tuam exceptionem

VII. Dicis " particulæ nisi ( fatemur ) si sepe hæc est vijs ut significet oppositum antecedentis

„recedentis; cui immediate adversatur, ita ut si  
 „præcedens fuerit negativa affirmet; si affir-  
 „mativa neget. sic tradunt Doctores omnes,  
 „quorum ingentem numerum refert Barbo-  
 „sa dictio: usu frequent. 217. cum ergo in  
 „particula antecedente dixerit non licere di-  
 „cere scientiam uti cum revelatione & gravami-  
 „ne pœnitentis, & deinde subjungat, nisi  
 „aliud multo gravius ex non usu sequatur, di-  
 „cit licere scientia ex confessione habitam uti  
 „cum revelatione & gravamine pœnitentis.”

Respondeo hic solum reperis quæ scripsi in  
 responso ad primum quæsitus: sed in plu-  
 ribus textum meum vitias omissione inter-  
 punctuationum necessariorum.

Sic deinde pergis, “ quis sit ille , qui hoc  
 „evidenter dicit, quod hic assertur ? ignoran-  
 „mus an ille ? qui dicit scientia ex confes-  
 „sione acquisita uti licet &c. judicent pueri  
 „triviales & muta fiant labia dolosa.”  
 Resp. te ipsum inspice, & invenies. Vocis nisi  
 natura hæc est semper contradicere. vide innu-  
 meros apud Barbosam loco citato. Dixisti ,  
 licere uti scientia ex confessione acquisita , modo  
 fiat sine directa aut indirecta revelatione , & gra-  
 vamine pœnitentis. ab ista conditionali , modo  
 fiat &c. subiunxisti exceptionem , nisi aliud  
 &c. Ergo si intellexisti naturam , & pro-  
 priam significationem vocis nisi , dixisti eo casu ,  
 quo

quo multo gravius ex non usu sequeretur , li-  
 cere scientia ex confessione habita uis cum revela-  
 tione & gravamine pœnitentia.

IX Dicis ” licitus est usus , si duo absint ,  
 „revelatio & gravamen : ergo ut si illicitus ,  
 „duo eadem debent adesse : hoc est somni-  
 „um & interpretatio eius , non per Babiloni-  
 „os sapientes referenda Pharaoni , sed quibus  
 „confusa invidia & suspectatio ijs , quibus  
 „cuiusmodi affingere lubet..”

Respondeo. Si dixisses in Thesi prima , si-  
 cuti in hac , recte nunc argueres : sed sic  
 scripsisti , ” scientia ex confessione acquisi-  
 ta UTI LICET MODO FIAT sine  
 „directa aut indirecta revelatione & gra-  
 „vamine pœnitentis.” Ratione cuius autor  
 primæ additionis sic scripsit : denique adver-  
 sendum ad unum quod à D. du Bois fuit omissum.  
 in dicta Thesi diei 19. februarii dicitur scientia ex  
 confessione acquisita uti licet , modo fiat sine di-  
 recta aut indirecta revelatione & gravamine pœ-  
 nitentis. Duo ergo posular , ut scientia illa uti  
 non licet ; revelationem & gravamen. non dicit  
 vel , sed dicit &c. utrumque ergo requirit , ut il-  
 licitus sit usus scientia ex confessione acquisita.  
 Estne illa argumentatio somniantis ? nonne  
 potius ex verbis tuis Dialecticæ argumentan-  
 tis. An verba quibus usus es in prima Thesi  
 non sunt nata istum sensum generare ? imo  
 gerant

generant recte intelligenti. si illum exclusum volebas; cur non dixisti in prima sicuti in secunda licitus est usus, si duo absint, revelatio & gravamen. Si non vidisti allegatum sensum ex tua Thesi prima lequi, cur loco verborum eius alia substituisti in secunda?

Ad ultimam partem Thesis secundæ respondebo postquam aliqua ad tertiam præmisero.

X. Dicis in conclusione tertia "quare secundum christianam prudentiam non prius quod erat facillimum se informaverunt de sensu Thesis, nisi sufficienter determinati sint ad istum sensum, quia Thesis erat lectoris seminarii & Examinatoris Archiepiscopi: vel quod pro honorario scribenti dicenda forent placentia." Resp. quæro ego, quare censuratis 65. propositionibus, ita clamasti, ( uti intellexi ) antequam de sensu eorum qui dicebantur authores ( quorum adhuc plures vivebant & vivunt, & quos ipsi tribui scivisti, non te informasti? & se non informarunt illi, qui ad sanctam sedem detulerunt, plenius respondebo ad patres & synodos ubi in specie allegaveris.

XI. Dicis nescimus quis sit ille? vel in qua potestate comminetur nobis? aut quis dederit illi hanc potestatem? pro confessatis habenda esse, ad que non responderimus.

Relp. ille est Pontifex in cap. 43. de regalis in sexto

sexto dicens qui taceat consentire videtur, qui textus omnino procedit quando tacens potuisse malum impedire, Peckius ad dictum cap. 43. n. 5. posses autem impedire, & efficere ne aliqui inducantur in errorem; præfertim tui discipuli; & tenēris quia lector es. Procedit quoque quando agitur de favore Rcp. Peckius ibidem n. 6. Republicæ per tot novas opiniones, & contradictiones adversus illas turbatæ inter est veritatem non occultari taciturnitate sed falsitatem convinci legitima solutione.

Ille etiam est Ambrosius ab eodem Peckio allegatus, dicens videatur confirmare quod dicitur cum non vult respondere quod obicitur.

Item ille est Hieronymus qui Joannis Hierosolyminani confessionem convictionemque exprimens ait, qui arguitur de pluribus, & in dilutione criminum aliqua prætermittit, quidquid tacuerit, confitetur. De pluribus te argui, ad paucissima respondeas, cur ad alia files?

XII. Dicis detinemur amœnioribus ( BONE PROFESSOR ) nec similibus rapsodiis refutandis possumus multum pretiosa, & rebus salubribus impendenda temporum spatia.. Relp. qua ratione ergo tempus impendisti tot congerendis in me convitios.

Ad additionem primam, dico, et si tuus in prælegendo socius, & Eximus Præses non participaverint in conponendis Thesisbus;

censendi tamen sunt in doctrina consentire :  
quia maxime illi se deberent opponere, &  
non pati quod in suo Seminario doceas lice-  
re uti scientia ex confessione accepta cum grava-  
niente paenitentis.

Denique in additione alia, Augustini gra-  
via verba congeris in me, tamquam verborum  
ancupem. Videamus ergo.

## ARTICULUS OCTAVUS

An D. vandenVlieet in parte ultima conclusionis  
secunda, qua incipit dicet quis, solvas argu-  
menta ante allegata & repetita supra articulo  
primo, quibus ostensum est clausulam exceptio-  
nam nisi &c. etiam referri ad revelationem

Ornatissime domine me non occupari ver-  
ba, sed sententias in materia doctrinali ( in  
qua accuratè Professorem ad discipulos loqui  
oportet ) discutere, satis ( dum confugisti ad  
restrictionem purè mentalem ) convictus es  
per rationes hic articulo primo repetitas, quid  
jam reponis?

*Gravamen, inquis, immediate præcedit par-  
ticulam nisi: Resp. hoc fallum. immediate enim  
eam in prima quam secunda Thesi præcedit  
vox paenitentis,*

*Ecce tuu primæ Thesi verba, circa quaे  
tota*

tota vertitur disputatio ?” oritur ex confessio-  
ne sacramentali sigillum, quo obligatur  
confessorius ex justitia & religione quidquid  
peccati, & illi affine in confessione intel-  
lexit silentio involvere, Scientia ex confes-  
sione acquisita uti licet, modo fiat sine di-  
recta aut indirecta revelatione, & gravami-  
ne paenitentis nisi aliud multo gravius ex  
non usu sequatur: in cuius comparatione  
prius merito contemnatur.”

Pertinens Non est improbatum quod olim, in  
quibusdam casibus licuerit uti scientia ex confes-  
sione acquisita, in quibus modo non licet.

Rationes propter quas, & à me & à plu-  
ribus aliis doctis, ( quibus antequam responde-  
rem, Thesim tuam comunicavi, ne à  
vero contextus sensu aberrarem ) repetitæ  
sunt articulo primo. Si illis loco convicio-  
rum respondisles, rebus salubribus impendisses  
pretiosa temporum spatia. Accipe aliam ratio-  
nem, deinde Textus Canonum ac legum al-  
legatarum ab authoribus, qui de particulis,  
& particula nisi tractant; quos per octiduum  
antequam inciperem responsionem, legi, ne  
me aliena significatio falleret.

Nusquam ego in responso dixi, quod ad-  
mittens directam revelationem qua dicit con-  
fessorius Petrus commisit sale peccatum. Licet e-  
nim in aliis Seminariorum tui Thesibus nova &  
mirra

mira viderim à veris Theologis minime admittenda ( quorum parvum specimen dabo infra ) non dixi tamen quod hoc admireres : sed quod admireres usum cum revelatione , seu gravamen & revelationem . Vide modo an non admiseris .

Cuius gravamen intellexisti ? nunquid ipsius pœnitentis ? num quid tua Thesis tam prima quam secunda recte intelligenti significat quod minus istud gravamen possit contemni , si ex non usu multo gravius sequatur , dixisti enī gravamine pœnitentis . Tu siunxisti nisi multo gravius ex non usu sequatur , cuius comparatione merito prius contemnatur quid est illud prius , nisi gravamen pœnitentis . Usus vero cum gravamine pœnitentis continet revelationem . Hoc te docet Divus Thomas supra allegatus .

Et quidem hæc revelatio potest esse pœnitenti perniciosior , quam directa , & expressa ipsius peccati ; quia ille apud quem ista scientia ueris ad impediendum v. g. apud Episcopum vel alium , ne promoveatur , vel ut amoveatur ab officio , nō in administratione se damnet , &c graviora suspicabitur , quam confessus fuerit . & si ipsius peccati in specie fuisset conscientis , forte non amovisset .

Si loco restrictionis istius , quam addisti in secunda Theli gravamen scilicet pœnitentis , possuisses illam gravamen scilicet tertius , ita ut nullatenus

tenus , nec directe nec indirecte verbo , signo , aut quovis alio modo prodatur poenitens , tantum fuisses quæstio , an instruendo discipulos recte locutus fuisses in prima Thesi .

Sed ubi per restrictionem gravamen scilicet pœnitentis ( licet de solo illo non loquuntur Theologi & Canonistæ quæstiōnem istam tractantes ) aperis mentem tuam : quid iam contendis te exceptionem tuam non retulisse ad revelationem ? quandoquidem usus scientiæ apud alium cum gravamine pœnitentis continet at revelationem : uti docet ( ut dixi ) D. Thomas citatus antea , & ipsa res ostendit evidenter : quia doces posse prodi peccatorem , & eius grave peccatum : licet illud non specificetur in individuo .

Sed abstrahamus ab ista limitatione gravamen scilicet pœnitentis , quam te admissurum mihi plane persuadebam ex doctrina & praxi alicuius , uti accepi , hic Academicus . Abstrahamus , inquam ; & nuda verba primæ Thesis consideremus .

Vox pœnitentis , connexa est necessario cum voce revelatione , & æque relata ad illam , quam ad vocem gravamine . Hoc ostensum est articulo primo . Post vocem pœnitentis relatam ad utrumque , & cum utroque connexam ; ( ita ut totum in unam sententiam copulati- vam per particulam & coalescat ) sequitur im-

mediate nisi &c.

Ubi cumque vero in Legibus & Canonibus quos dicti autores citant, legi exceptionem, nisi, inveni quod excipiat à tota illa sententia, quæ proxime precedit, & cui proxime coniungitur. Nec ullum penitus textum vel apparenter dissentientem inveni: nec credo invenies, sive exceptio negativam sequatur, sive affirmativam.

Et ne præiosa temporum spuria impendas quærendo Canonum & Legum textus, aut impendas alius pro te; ego ipsos in materia, in qui exceptio sequitur negativam, à prædictis authoribus citatos, & ratione quorum de sententiis exceptivis tractant, ultra exhibeo.

In Canone 1. distinctione 23. nullus ad ministerium altaris accedere debet, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata.

In Canone 7. distinct. 31. si laicus & quiscumque fidelis orare non potest, nisi careat officio coniugali, sacerdoti, cui semper pro populo &c. habes hic negativam copulativam, ut est tua; dicesne exceptivam nisi ad solam posteriorē partem pertinere. alia vide in Canone 12. distinct. 32. can. 7. distinct. 47. Canone 1. Cau. 2. quest. 1.

Adeamus Decretales. Exempla habes in cap. 8. de rescriptis in. 6. in cap. 41. de elect. in 6., ubi particula nisi posita simpliciter, pro-

ut posuisti, excipit non à sola postrema parte capituli, ut circa ibidem (ad quod fit relatio), sed ab omnibus partibus connexis.

Videre etiam poteris capitulum 2. de procuratoribus in 6. cap. 2. de litis contestatione ibidem, cap. 2. de restitutione spoliatorum, ubi vox nisi iterum sequitur negativam copulativam. an, iterum dices quod excipiat à sola posteriori parte. Adeamus Digestorum leges. in 1. 5. ff. de Senatoribus iterum vox nisi negativam sequitur, item in 1. 4. ff. naure caupones, in 1. 6. de feriis in 1. 1. ff. si quis in jus vocaverit, in 1. 8. ff. de receptis arbit. 1. 1. 5. 21. ff. depositi, ubi iterum particula nisi sequitur copulativam orationem pluribus constantem partibus & excipit ab utraque.

Alia exempla vide in 1. 53. ff. de verborum significacionibus & in 1. 216. ibidem, ubi iterum vox nisi sequitur copulativam orationem negativam: & nullus juris-consultorum dubitat quin tam in hac, quam in aliis ante citatis inducat exceptionem ab utraque parte conexa sicut etiam in 1. 4. cod. de transaktionibus 1. 18. cod. de testibus & 1. 2. cod. qui accusare

A liquando quidem à sola posteriori parte connexarum sententiarum excipit, dum videlicet id specialiter exprimitur, ut in 1. 32. §. 16. ff. de arbitriis ubi additur particula ad hoc & dicitur nisi ad hoc compromissum sit ut arbiter

statueret, & in l. 20. s. 2. ff. de alimentis legatorum ubi prima sententia separata est à secunda per clausulam adversativam sed, sicuti etiam in cap. fin. de prescriptionibus in s.

Non dico ego quod quando sunt sententiæ adverſæ, separatae, aut non connexæ, particula subsequens nisi excipiat à singulis; sed hæc oportet in caſu tuo, quo partes plures copulatiè connexas & relatas ad unum idemque, quale est pœnitentis, sic coniungis, ut vocem pœnitentis ad utrumque relatam immediate sequatur exceptio. in ſimilibus inquam, vox nisi ita excipit à tota sententia, ut non facile ullum exemplum ſis in contrarium allatum.

Eodem modo procedit res in ſacra ſcriptura v. g. Matthæi 12. v. 29.

Aliquando quidem contingit quod exceptio aliqua generalis in lege posita limitetur per legem posteriorem; ſicut cuilibet legi per legem posteriorem derogatur.

Huius rei exempla plura subministrant leges Codicis sub titulis de inofficio ſeſtamento, de donationibus inter virum & uxorem, ad ſenatus consultum Velleianum, de ſecundis nuptiis, de jure dicitur, de collationibus. In quibus variazione sub ſimilibus titulis digellorum ſtatuta erant particulariter aut exceptive, ſunt mutata. Idem videſe licet in titulo digellorum de feriis.

feriis, namquod in l. 6. ff. exceptive dicitur ab Ulpiano Ethnico, id aliis legibus limitatum reperitur ab Imperatoribus, qui postmodum fecuti sunt l. 1. 2. 3. 6. 7. 8. 11. cod. de feriis, & à Pontificibus in cap. 1. 2. 4. 5. & de feriis. quamdiu autem correctio expreſſa, aut limitatio non reperitur; ſententia accipienda est in eo ſenu, quem propriè verba ſonant, uti in jure notum eſt. hinc ēgre ferre non debes, ſi exceptionem tuam nisi aliud &c. in propria & naturali verborum ſignificatione accipere, intelligendo de gravamine non ſoliuſ pœnitentis, ſed etiam tertii, prout querunt & diſputant Theologi. ſed poſtquam vocem aliuſ reſtrinxisti ad gravamen pœnitentis, deinceps tuam primam Thesim de illo ſolo gravamine intelligam. Quam tamen inepta ſit limitatio illa vidēbis paulo poſt. Pondera interim allegatas leges & Canonis. Et ſi plures diſideres, illas adminiſtrabo, ubi me de voluntate tua reddideris certiorem. Nunc protero ad reliquas ſecundæ Thelis partes.

Ex falſa ſuppoſitione à qua dixisti quod vox nisi immediate ſequeretur vocem gravamine in tua prima Thesi, ſic pergis, multa ſunt que hoc offendunt. primo quidem omiſſa interpunctio poſt verba GRAVAMINE POENITENTIAS, quam maluit author Reſponsi ſecundi falſificare, quam attendere.

Respondi supra rem tam syntaxim postulare ut sententia adversativa signo divisivo separatur ab ea , cui adveratur. Verum tolle divisum signum , quid inde efficies ? nisi quod artius exceptio iungatur voci pœnitentis. At vero hæc æque relata est ; & confessario coniuncta voci revelatione quam voci gravamine

Rationes ostensæ sunt articulo primo. Cur ergo vox nisi excipit potius à gravamine , quam à revelatione , quandoquidem ambo copulatiue coniuncta in unam copulativam sententiam coalescant.

Tertio sic ais pronomen relativum aliud gravamen distinctum à revelatione opponit gravamen ab ea distincto : quis enim nesciat ipsam revelationem gravamen futurum maximum.

Resp. belle argumentatis , contra te ipsum , & ex ratione falla. in tua Thesi cum prima quam secunda per gravamen intelligis gravamen pœnitentis. estne revelatio maximum iplius gravamen ? revelatio est actus revelantis : catus autem est gravamen pœnitentis, quatenus inde infamia , spei frustratio, damnum aliquod temporale resultat ex illa . nonne longe maius est damnatio æterna , damnationis periculum , aut fecundum aliquod peccatum mortale ciuidem pœnitentis , si confessarius scientia non uatur ? & tamen Scorus , D. Thomas & cæteri passim Theologi , & Canon Sacerdos de pœni-

tentia. distincti . 6. damnant omnino usum scientiæ ex confessione acquisitæ ad evitandum quocumque gravissimum malum ac peccatum tam ipsius pœnitentis , quam aliorum. Autores & Canones citavi in præcedenti responso : in hoc autem Scorus & D. Thomam , cuius alium texum , ut & Bonaventura dabo statim.

Et ipsa revelatio eatenus solum est prohibita quatenus gravamen continet pœnitentis , ne ratione gravaminis homines arcerentur à confessione. licet enim Confessario dicere pastori qui v.g. dubitaret , an sius parochianus esset confessus in Paschate aut etiam esset moribundus & administrandus , ille mihi confessus est , illum absolvit , licet per hoc revelat quod habuerit peccatum , saltum veniale : sed revelatio illa non continet gravamen , quia norunt omnes quod homo non diu vivat sine peccato veniali & dicta scriptura septies in die cadet iustus.

Quid ergo hic dicas pronomen ALIVD gravamen distinctum , à revelatione opponit gravamen ab ea distincto ? si enim vocem revelatione intellexisti de illa , quæ nullum gravamen continet , male locutus es , dum dixisti modo fias fine revelatione , quia usus scientiæ cum revelatione est licitus , ubi nullo modo gravatur pœnitentis , ut in casu allegato.

Proinde cum Thesis tua loquatur de revelatione quæ continet gravamen aliquod & generatim

teratim dicas nisi aliud multo gravius ex non usū sequatur; certe ista vox aliud etiam opponit gravamen maius gravamini minori, quod continetur in revelatione, de qua agis.

Quarto dicas evidens alias in Thesi contradictionis. Resp. si in Thesi tua dixisses quod dicunt Theologi, sigilli obligationem esse juris divini, indispensabilem, quavis obligatione etiam iurata firmorem, non posse aliquatenus verbo, signo, aut alio quevis modo prodi à confessario peccatorem, suisset contradictionis, & cavissem tuam sententiam exceptivam ita intelligere, sicuti contextus, quo usus es, postulat intelligi. At vero quandoquidem non nisi in justitia & religione fundes sigilli obligationem ( cuiusmodi obligatio cessat concurrente graviori malo ) quænam hic vel apparens contradictionis species?

Quinto ais absurditas, quæ sequitur hoc ipsum non permittit: sententiam teneremus sine ulla ratione aut fundamento, si non hereticam, omnium Theologorum iudicio saltem erroneam.

Respondeo imo secunda tua Thesis, qua permititis usum scientia cum gravamine pœnitentias si aliud multo gravius ex non usū sequatur adhuc absurdia est, sine ratione, sine probato authore sine fundamento, si non heretica saltem erronea: nisi iterum per novam restrictionem

onem mentalem mirabiliter limites & intellectus velis de usū apud ipsum solum pœnitentem, qui usus ( nota bene quod loqueris de usū cum eius gravamine ) nec licitus est extra tribunal confessionis, vide Malderum de sigillo cap. 21. item cap. 22. & alios in responso citatos, qui etiam istam questionem tractant.

Itaque ne sententia tua etiam sic limitata & restricta ad usum apud ipsum pœnitentem, sit adhuc absurdia, nec receptibilis; debebis per novam restrictionem mentalen limitare ad usum in ipso confessionis tribunali, de quo usu agunt quoque Theologi a me citati: vide Malderum dicto cap. 21. & 22. sed tunc alia absurditate non carebit Thesis tua: nam ut licitus sit usus cum gravamine pœnitentis, requiris, ut multo gravius ex non usū sequatur: at vero, ut in tribunali confessionis licitus sit usus scientiae ex confessione habitæ, non requiritur ut multo gravius ex non usū sequatur; sed uti scientia potest confessarius ut evitetur longe minus malum v. g. ex confessione adulterium gravius non committat: sed etiam, ut consortium istius mulieris fugiat, imo ut quantum in se est repellat cogitationes de illa: qui enim confitetur sincere, contentus, ut ad animæ suæ salutem confessarius in isto tribunali utatur scientia.

Eademque scientia uti poterit in sequenti con-

ſeffione ; quando , ( inquit post alios Theolo-  
gos Malederus dicto cap. 22. ) peccata in pri-  
ori confiſſione expreſſa , ſunt circumſtantia expreſſorum in ſecunda ; etiamſi aliquo modo podo-  
re gravetur pœnitentis.

Si de hoc uſu loquatur exceptio tua, inepta eſt  
penitus ; tum quia hic ad eſt pœnitentis con-  
fensus , ſicuti , ſi extra confeſſionem de p: c-  
atidis confeſſis ageret cum confeſſario , pro ob-  
tinendo ſalubri conſilio : tum quia ut licitus  
ſit talis ſcientiae uſus , non requiriſtur quod  
gravius gravamen pœnitentis ſequere:ur .

Cæterum adverſus aliū uſum audi iterum  
quid dicat S. Thomas , & Bonaventura . ille  
in 4. ſentent. diſt. 21. quæſt. 3. " quidam di-  
" cunt, quod ſacerdos non tenetur ſervare ſub  
" ſigillo confeſſionis , niſi peccata , de qui-  
" bus pœnitens emendare promittit , alias  
" potest ea dicere ei , qui potest prodeſſe , non  
" obſcē. ſed hæc opinio videtur erronea ,  
" cum ſit contra veritatem ſacramenti . ſicut  
" enīm Baptiſmus eſt ſacramentum , quamviſ  
" quis fictus accedit , nec eſt muſandum pro-  
" pter hoc aliquid de eſſentialibus ſacramenti:  
" ita confeſſio non deſiniſt eſſe ſacramentalis ,  
" quamviſ ille , qui conſiſetur , emendationem  
" non proponat , & ideo nitilominus ſub oc-  
" culto tenendum eſt . nec tamen ſigillum con-  
" feſſionis contra charitatem militat , quia  
charia

" charitas non requirit , quod apponatur re-  
" medium peccato , quod homo nescit : illud  
" autem quod ſub confeſſione ſciitur , eſt quaſi  
" reſcritum , cum nesciat ut homo , ſed ut  
" Deus ; "

Audi alterum Theologiæ ſcholaſtiæ Prin-  
cipem Bonaventuram in 4. diſt. 21. part. 2.  
art. 2. q. 1. " ſigillum confeſſionis diligenter  
" ſimile cuſtodiendum eſt propter ſcandalum ,  
" ne pœnitentis retrahatur à confeſſione , pro-  
" pter quod etiam miſeracordium magnum in  
" quadam navi contigit , ut narratur de quo-  
" dam , qui peccata ſua publicè confeſſus eſt  
" in navi , & poſtquam ventum eſt ad portum ,  
" nemo novit quid dixerit ."

Sexto aīs intelligentia diſtorum ex cauſis eſt  
assumenda dicendi , quia non ſermoni res , ſed rei  
eſt ſermo ſubiectus . Thesia namque eraſt pro pa-  
rticulari exercitio particularis auditorii .

Reſp. vitium Logices in haec ratiocinatione  
oſtendi ſupra , quid ſubſidii hinc prætendis ?  
ſubiecta matrīa eraſt , obligatio ad ſecretum ,  
quam ita extenuaſti , ut eam ſolum in religi-  
one & iuſtitia fundares . Altera materia , con-  
tra iſtam obligationem concurrens , eraſt aliud  
longe gravius .

Si expreſſiſſes illam ſigilli obligationem ,  
quam ſtatuant Canoniſta & Theologi , po-  
tuiſſes aliquid de ſubiecta materia dicere ad

declinandum invidiam directæ revelationis & non tamen indirectæ per usum scientiæ cum gravamine pœnitentis, quem etiam Thesi secunda permittis. Videris certe pulcre imitari Pelagium, contra quem Augustinus de gratia Christi cap. 37. quid sentiret abscondens gratia (sigilli) tamen vocabulo frangens invidiam offensionemque declinans. Et Hieronimus contra eundem non animadversens ideo nos scribere, ut vos respondere cogamini, & aperte aliquando dicere quod pro tempore, personis & locis vel loquimini vel tacetis. confugis enim ad particulare exercitium particularis auditoris : ex quo scilicet per tocam diœcesim prodituri sunt pastores, scientia usuri cum gravamine pœnitentis : aut exemplo suo, aut etiam verbo inducturi alios ad usum eiusmodi cum totali tandem subversione Sacramenti.

Ultimo ais pluribus exemplis possumus ostendere quod ubi una vel plures simul ex his assignatis rationibus concurrunt, aliam non esse vim particule. nisi, non mutavi interpunctiones tuas licet parum aptas, ne falsificationis arguar.

Relp. ex dictis satis patet nullam ex allegatis à te rationibus subsistere. Rogo tamen, ut exhibeas plura exempla in quibus sit idem vel omnino par contextus, verborum, quibus usus es in tua Thesi prima: & ostendas parti-

culæ exceptivæ nisi vim aliam esse ab ea, quam expressi.

### APPENDIX.

**A**lia occurunt in Thesibus Seminarii mibi communicatis mira & nova. v. g. in dicta Thesi diei 19 Februarii 1682. ajs an præveniendo Ecclesia constitutionem non valide, & licite aliquis subinde confiteretur absenti, & ab eodem absolveretur? affirmamus probabilitatem.

An non putes te incurrisse excommunicationem? tu enim eam asseris aliquo casu probabilem, imo probabiliorem: nempe ijs in locis, quibus constitutio non est promulgata: aut confessarij & pœnitentes habent justam istius ignorantiam, quam possunt haberi plurimi peccatores & confessarij: quia tantum resertur in Bullario (quo multi carent,) & à recentioribus Scholasticis & Calvistis, quorum lectio novis huius temporis Theologis dilplicet. sic vero habet constitutio " Sanctissimus Dominus Clemens VIII. hanc propositionem scilicet licere per litteras seu Internuntium confessario absenti, peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere, ad minus uti falsam, temerariam, & scandalosam damnavit ac prohibuit.

" Præcepitque ne deinceps ista proposicio publicis privatisque lectionibus, concioni-

„bus & congressibus , neve unquam tanquam  
 „aliquo casu probabilis defendatur , impri-  
 „matur. quod si quis etiam disputative tracta-  
 „verit ( nisi forsitan impugnando ) vel ad  
 „praxim directe vel indirecte deduxerit ,  
 „præter excommunicationem latæ sententiae ,  
 „quam ipso facto incurrit , & à qua non  
 „possit ( præterquam in articulo mortis ) ab  
 „alio quacumque etiam dignitate fulgente ,  
 „etiam S. R. C. maiori pœnitentiario , nisi à  
 „pro tempore existente Romano Pontifice  
 „absolvi , alijs etiam pœnis pro arbitrio infli-  
 „gendas subiaceat.

Si aliquid in materia interpretandorum Ca-  
 nonum novisti , scire potes hanc Clementis  
 prohibitionem , quatenus eam ad minimum  
 uii falsam &c. prohibet , non esse juris novi  
 constitutionem : declarat enim esse falsam  
 non autem dicit *prohibemus in posterum* . est er-  
 go declarativa juris , quod fuit , declaratio ve-  
 ro trahitur ad præterita . lege Canonistas sa-  
 per cap 2. & ultimo i*e* de constitutionibus.

Preteria ex Thesi tua sequeretur , quod in-  
 specto jure divino , & seculo ecclesiastico ,  
 licita esse confessio facta absenti. Jus vero  
 purè ecclesiasticum non obligat ordinariè cum  
 gravi periculo capitis , fortunarum vel infamie  
 notabilis. Hoc innumeris exemplis pos-  
 sum tibi ostendere ergo adhuc hodie posset pec-  
 cator

tijmens ne confessarius uteretur scientia  
 ex confessione acquista cum eius gravamine ,  
 confiteri absenti per litteras , ignoto caractere  
 scriptas , nec signatas.

Scio ex quo hauseris opinionem tuam , vel  
 hauserint qui tibi illam inspirauerint : ex Mo-  
 rino ncmpe gallo , contundente absolutionem  
 à Centuris , vel in foro externo , vel com-  
 missionem absolvendi , cum Sacramentali ab-  
 solutione seu in foro interno. Huiusmodi mer-  
 ces putidæ maxime placent novellis Theologis.  
 Pergis in eadem Thesi ab *integritate confes-  
 sionis excusat physica & moralis impotentia* , non  
 ramen *revelatio complicis* , sed illa quandoque est  
 necessaria Neque propter illam regulariter debet  
 quis accedere confessarium extraordinarium. huius  
 sententia pars ultima iterum pugnat contra  
 communem Theologorum & Canonistarum  
 sententiam , item ius naturæ , quo tenemur  
 famam proximi , quantum possumus , conservare

In alia Thesi eiusdem Seminarii ; ( quæ an-  
 tua sit , an tui in præleuendo Socii , an ipsius  
 Præsidis Seminarii , me latet , quia nec præ-  
 sidentis nomen adscriptum est , nec mihi Me-  
 chlinia scriptum ; sed tantum habetur *defenderet*  
 Petrus Menten in Seminario Archi-episcopali die  
 21. Augusti 1681. Mechlinia ) dicitur *sacrifi-  
 cium novæ legis ijs* , qui in purgatorio sunt , pu-  
 ganus prodeesse tantum , quantum meruerant an-  
 terquam hinc exierunt.

Huius particulæ, tamen quæcumq[ue] meruerunt, Seminariū habet præcursorē Anonymum gallum, qui turpiter corruptit textū Augustini in lib. de Cura pro moriuis & in encrīdio, ratus quod qui libellum eius legeret, vel Augustinum non haberet, vel alleganti sūnplíciter crederet, quodque sequaces haberet numerum dīscipulorū ad novitātes proruētū. verū ego, & alii plures longi experientia edocti scimus similiū citatiōnib[us] parum esse fidendum.

Forsan à me requiret aliquis benignæ interpretationis favorem: dicet dubia in meliorē partē interpretanda esse, verba intelligenda esse iuxta mentem loquentis & ut habet regula quædam juris spēctandam esse sententiam eius, qui eam protulit, in ambiguis sequendum esse quod minimum est &c.

verum ad h[ec], & alia similia, quæ ex legibus & Canonib[us] proferri possent, prævie tibi respondebo, quod docent aliæ regulæ, ubi non est ambiguitas in verbis, non admittitur questio voluntatis item non aliter à propria significacione receditur, quam cum manifestum est loquenter ita sensisse & non censetur dixisse aliquid, qui voce illud significante non est usus.

plura congeram vīsa triplica.

Dabam Lovanii 12. Junii 1682.

NICOLAUS DU BOIS.